Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0001-0

XI. 1f = Q.

(cat. 4, 22 - 33b)

Inhalt:

1. Pipping, Henr., Syllabus rectorum acad. Lips. seculi proxime elapsi. Lips. 1701.
2. Actus solennis comendationis s. renunciationis Rectoris magn. in acad. Lips. Philippi Julii Ducis Stetini, continens orationem Matth. Dresseri et Andr. Humelii responsionem. Lips. 1602.
3. Paÿmel, Joh., Epistolae duae, altera academiae Lips. ad Johannem Philippum ducem Sax., altera hujus ad illam, decantatae. Lips. 1612.
4. Gribner, Mich. Henr., progr. (De primo acad. Lips. cancellario.) Lips. 1731.
5. Steger, Adr., De causa et fundamento immunitatis canonicorum qui sunt professores a residentiae onere. Lips. 1753.
6. Gottsched, Joh. Chp., de dignitate baccalaureatus Lipsiensis. Lips. 1738.
7. [Morus, Sam. Fr. Nath.] progr. (De legato Bestuchefiano). Lips. 1784.
8. [Gribner, Mich. Henr.] progr. (De fundatione stipendii Borniani). Lips. 1732.
9. Schwarz, Frid. Imman., De legatis acad. Lips. ad concilium Constantiense. Lips. 1785.
10. Schwarz, Fr. Imm., De legato acad. Lips. ad concilium Basileense. Lips. 1786.
11. Progr. (De theologis Lipsiensibus sub auspiciis reformationis). Lips. 1717.
12. Oda secularis in solennibus jubil. secundi restauratae doctrinae in templo acad. Lips. Paulino decantanda. Lips. 1717.
13. Rumpff, Chp. Fr., Als nun wohllöbl. die vereinigte Compagnie das andere neue Jubel-Fest beginngen etc. Leipz. 1717.
14. Progr. (De iis qui in acad. Lips. a tempore Reformationis doctorum theologiae honores consecuti sunt.) Lips. 1645.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0003-1

15. Kapp, Joh. Erh., Historiam disputationis Lips. a. 1519 institutae aliquatenus supplet. Lips. 1739.

16. Ander Sohn, Jac., Send-Schreiben von den Leipzigischen Collegiis biblicis u. deren sogenannten Pietisten. o. O. 1689.

17. Historische Relation was sich mit etlichen Leipzigischen Studiosis, welche von Skeuditz nach Merseburg gefangen geführet worden, zugetragen. Magdebg. 1691.

18. Dondorff, Chr., (De luminibus ordinis JCtorum Lips.) progr. Lips. 1727.

19. Diploma comitivae sacri palatii rc quam Fridericus Augustus rex et elector facultati juridicae in acad. Lips. elargitus est. Lips. 1712.

20. Hommel, Car. Ferd., Oratio de ordinariis facultatis jurid. Lips. Lips. 1763.

21. Mencke, Luderus, progr. (De facult. jurid. Lips. per Barth. Leonh. Schwendendörferum et Aug. Bened. Carpzovium illustriori reddita.) Lips. 1709.

22. Bericht auf die Frage Ob die Juristen-Facultät zu Leipzig in peinlichen Fällen endlich zu sprechen befugt sei. Leipz. 1638.

23. Observatio juris practica de academiis Germaniae in transmittendis actis caute excipiendis, auctore D. S. N. H. P. qui illud potissimum egit, ut evinceret, pessime sibi prospicere partes litigantes, quae acta ad facultates juridicas, Lipsiensem, Wittebergensem, Jenensem, Hallensem et quasdam alias transmittunt. Lugd. 1722. Denuo recusa atque adnot. quibusd. illustr. Ultraj. 1722.

24. Rechenberg, C. O. progr. (De origine et historia professionis de verborum significatione et regulis juris, ejusdemque professoribus in acad. Lips.) Lips. 1715.

25. Actus solennis inaugurationis novi auditorii juridici ad D. Petri in acad. Lips. celebratus. Lips. 1642.

26. Progr. facult. jurid. Lips. in inaugurationem auditorii Petrini noviter exstructi. Lips. 1773.

27. Mylius, Fr. Hr., De dissertationibus jurid. in acad. Lips. hodie usitatis, ab iis, quae saeculis superioribus ibidem habitae sunt, quodammodo diversis. Lips. 1778.

28. Koenigk, Joh. Chr., progr. (De concessis promotionibus supremorum honorum in jure etiam extra facultatem in acad. Lips.) Lips. 1728.

29. Schwendendörffer, Ge. Tob., progr. (De privilegiis doctorum juris Lips.) Lips. 1673.

30. Schacher, Quir., progr. (De paucitate juris doctorum Lips.) Lips. 1653.

31. Plaz, Ant. Guil., Decanorum facult. medicae Lips. series continuata. Lips. 1778.

32. Rivinus, Aug. Quir., progr., (De facultatis med. Lips. decanis). Lips. 1719.

33. Odarum in theatri anatomici dedicatione biga. Lips. 1704.

34. Gsellius, Mich., Ara gratitudinis in laudem horti medici. Lps. 1661.

35. Entwurff des Collegii medico-philadelphici in Leipzig. Leipz. 1716.

36. Progr. (De facultatis philos. titulo bonarum artium et philosophiae). Lips. 1663.

37. Progr. (De IV nationibus et magistris in acad. Lips.) Lips. 1627.

38. Kapp, Joh. Erh., De procancellario facultatis philosophicae Lips. 1747.

39. Eck, Joh. Ge., Progr. 1. De munere Procancellarii in acad. Lips. Lips. 1788.

40. 41. Progr. 1. 2. (De professoribus Logices in acad. Lips.) Lips. 1702. 1703.

42. Schultze, Chr., resp. Joh. Dav. Güttner, diss. de baccalaureo. Lips. 1678.

43. F. C. H., De nomine Baccalaurei atque Magistri illuso. Schneebergae 1733.

44. Dithmer, Henr. Clem., Commentatio de baccalaureis. Lips. 1738.

45. Progr. (De baccalaureatu philosophico in acad. Lips.) Lips. 1659.

46. [Thomasius, Jac.] progr. (De consuetudine acad. Lips. in ordinandis candidatis) Lips. 1670.

47. Gottsched, Joh. Chp., De academicorum acutorum ante duo fere secula motibus in hac universitate excitatis repressisque. Lips. 1756.

48. Gottsched, Joh. Chp., Bellum grammaticale superiori saeculo prudentia ord. philos. Lips. compressum. Lips. 1756.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0005-3

49. Friderici, Joh. Ge., Commentatio epistolica qua inquiritur: an in universitate, loco amoeno atque jucundo sita, altioribus studiis incumbere conducat? Lips. s. a.

50. Todii, Ecc., theol. stud., in acad. Lips. ex vulnere beate mortui, adversus vindictam privatam oratio. Interprete L. Val. Alberti. Lips. 1674.

51. Conscientia studiosorum Lips., quotquot tumultui nuper interfuerunt, omnium, quaerens medicinam et offerens, interprete D. Val. Alberti. Lips. 1682.

52. Feller, L. Joach., Elegia ad florentissimum studiosorum Lips. coetum. Lips. 1682.

53. 54. Wahrhaffte Beschreibung des am Johannis-Tage 1734. an die Pauliner-Kirche zu Leipzig angehefteten Buches. o. O. 1734.

55. Paulus (Predigers der zu Leipzig studirenden Russen, Nachricht über das Verhalten des derselben wegen jetzt gewesenen Hofmeisters Bokum). o. O. u. J. (Leipz. 1771).

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
COLLEGII IVRIDICI
IN
ACADEMIA LIPSIENSI
AD
MEMORIAM NOMINIS
BORNIANI
PROXIMO DIE IOVIS
PVBLICA ORATIONE
CELEBRANDAM
LECTOREM BENEVOLVM
EA QVA DECET HVMANITATE
INVITANT.

De Fundatione Stipendii Borniani.
Auct. Griebner.

8
8.
7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0008-0

DVm nunc BORNIANI nominis memoria nobis colenda eſt, virtutum paternarum deſiderium auget iactura filii *Io. Franciſci* BORNII, *Suprem. Cur. Prouinc. et Conſiſtorii Aſſeſſoris, Conſiliarii et Senioris Capituli Martisburgenſis, Pro-Conſ. Lipſienſ.*

qui ante duos fere menſes diem ſuum obiit. Cuius ſi non aeque illuſtres et clarae, non minus tamen magnae et ſingulares virtutes fuerunt. Euexerant patrem IACOBVM inſignia merita ad ſummas dignitates, et ampliſſima, quae nemo ante eum vnus ſuſtinuit, munera; Filii autem glorioſa et memorabilis eſt abſtinentia, qui, quum praeter ea, quae non ſine laude geſſit, officia, plura alia ſubinde ipſi, et propter patris auctoritatem, et propter ſua merita, deferrentur, alia modeſte praetermiſit, recuſauit alia, aliis etiam iam ſuſceptis ſponte ſua ſe abdicauit. In *Capitulo Martisburgenſi*, in *Curia Prouinciali*, in *Conſiſtorio*, et in *Senatu* per plures annos Collega Patris fuit. In *noſtro Ordine*, cuius ille *Praeſes* erat, locum, quem ex lege et ſuccedendi iure inter Aſſeſſores occupare poterat, aliis reliquit, eum etiam, quem in *Scabinatu* obtinuerat, vltro dimiſit, *Conſularem* autem *dignitatem*, non ſemel ſibi oblatam, conſtanter recuſauit; quod, quum *Capituli* et *Regiminis Martisburgenſis* negotia eum aliquando auocarent, non crederet illis mune-

ribus

ribus abſentem ſe rite defungi poſſe. Laborum patientia, bene de republica merendi ſtudium, cauta futurorum prouidentia, arcanorum fida cuſtodia, et cetera uirtutum, quae Conſiliarium, Iudicem, et Senatorem decent, ornamenta, ipſi cum patre fuerunt communia; liberalitate autem et aduerſus pauperes beneficentia, paternam etiam pietatem ſuperauit. Nam, et quoad vixit, multorum indigentiam facultatibus ſuis ſubleuauit, et plurium neceſſitatibus per vltimas tabulas largiſſime ſubuenit, et magnam ampliſſimi patrimonii partem in hos maxime pios vſus erogauit. Inprimis autem commemorandum nobis eſt inſigne fauoris in literas et literarum cultores documentum, quod anno MDCCIX. poſt obitum magni Parentis dedit, et quod BORNIANAM memoriam quotannis celebrandi nobis cauſam praebet. Conſtituit enim noſter eo tempore, ſiue ex coniectura paternae voluntatis, ſiue ex propriae pietatis impulſu, quod literae ipſius d. 23. Sept. an. MDCXXIII. datae fere perſuadent, *ſtipendium* 40. thalerorum, ſingulis annis *Iurium Cultoribus*

ribus perſoluendum, et ea quidem lege, vt ad *Aſſeſſorum Collegii* noſtri *filios*, ſi qui ſint, qui huic ſtudio dent operam, ante alios liberalitatis huius fructus peruenirent, et nonniſi his deficientibus, ad *Scabinorum*, et poſt hos ad *Senatorum*, denique, ſi ex his nemo ſit, qui hoc beneficio frui poſſit, ad reliquorum *ciuium Lipſienſium* liberos transferrentur. Voluit autem tantum per biennium ſingulos hoc ſtipendium accipere, vt in plures benignitatis ſuae commoda redundarent. Iisdem etiam tabulis cauit, vt, qui hoc beneficium perciperent, quotannis d. XII. Iunii, quo perilluſtris eius Pater viuere deſiit, oratione publica illius, et, ſi, ipſum quoque ex hac vita diſcedere, contingeret, ſuis etiam manibus parentarent. Curam vero et ius hoc ſtipendium poſt fata ſua conferendi eod. an. MDCCXXIII. demandauit Viro *Illuſtri, Magnifico atque Excellentiſſimo* IACOBO BORNIO, *Henrici filio*, eo tempore *Supremae Curiae Aſſeſſori et Praetori Lipſienſi*, iam *Conſuli, Scabino, et Potentiſſimi Poloniarum Regis in Regimine Dresdenſi Vice-Cancellario* ſplendidiſſimo, Patrueli ſuo,

eius-

eiusdemque filiis et *deſcendentibus maſculis*, aut, ſi hi ob aetatem, abſentiam, aut aliam cauſam hoc munere fungi nequeant, *Senatui Lipſienſi*, cui etiam pecuniam credidit, ex cuius vſuris legatum hoc annuum praeſtaretur. Quae ideo commemoranda eſſe duximus, vt publice conſtaret huius beneficii ratio, et poſteritatis memoriae commendaretur. Iam ante menſes aliquot Viri *Conſultiſſimi Ioannis Henrici* MELICHII, *in Suprema Curia et noſtro Collegio* olim *Aſſeſſoris*, filius, *Carolus Henricus*, a BORNIO noſtro, tum ſuperſtite, modeſte petiit, vt poſt Virum Clariſſimum, M. *Thomam Wagnerum*, qui annis proximis ſuperioribus hos reditus percepit, ſibi hoc beneficium aſſignaretur, atque impetraturus videbatur, niſi inopinata mors virum, vita longiore digniſſimum, nobis eripuiſſet. Quod igitur ab eo obtinere non valuit, id ei beneuole praeſtitit is, quem antea nominauimus, *Illuſtris et Magnificus*, ſtipendii huius Curator, et in biennium ei hoc BORNIANVM beneficium tribuit. Grati igitur et pii hominis officio functurus *Melichius* die proximo *Iouis*, qui

Iacobi

Iacobi BORNII *maioris* emortualis eſt, poſt hor. IX. *oratione publica* in *Auditorio noſtro* vtriusque, et *patris*, et *filii*, memoriam recolet. Ad quam audiendam *Rectorem Magnificum, Illuſtriſſimos Comites, Academiae Patres, Proceres*, et *Ciues* ea, qua decet, obſeruantia et humanitate inuitamus. P. P. ipſ. Feſt. Trinitat. ſacro, Anno cIɔ Iɔcc XXXII.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Yc 6769

ULB Halle 3
003 350 355

Sb.

Retro V 9.1.01

N.C.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0016-4

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
COLLEGII IVRIDICI
IN
ACADEMIA LIPSIENSI
AD
MEMORIAM NOMINIS
BORNIANI
PROXIMO DIE IOVIS
PVBLICA ORATIONE
CELEBRANDAM
LECTOREM BENEVOLVM
EA QVA DECET HVMANITATE
INVITANT.

De Fundatione Stipendii Borniani.
Auct. Griebner.

8
8.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-217991-p0017-0